

mirari se et^o nequaquam mirari¹⁰⁶ sufficere venerabilis ille monachus referebat, cur vel quomodo comes tam audacter, tam inconsulte, tam denique confidenter tantum se arbitraretur reperire thesaurum, cum multos iam duces et principes necnon et antistites Beneventi in eo reperiendo casso¹⁰⁷ constet labore sudasse. Et revera multam inibi terrarum congeriem suffossam invenerant, quæ ab exquirentibus olim viri dei corpus eruta palam videri dabatur, cum tamen omnipotens deus¹⁰⁸, cuius providentia in sua dispositione non fallitur, suo investigabili consilio nostris tantum illud sæculis dignatus fuerit revelare.

Cum igitur neque per incolas senes neque per monachum eiusdem oratorii custodem nil¹⁰⁹ certi potuisset comes super hoc indicii reperire^p iterum^q <orare cepit abbatem ut minime dubitantes, sed prorsus de dei misericordia præsumentes¹¹⁰ ingrederentur ecclesiam> (p. 265) et^r diligenter ubique perscrutarentur, quonam loco posset thesaurus ille quiescere. „Non hodie“ inquit abbas „verum mane utilius et decen-
tius faciemus“. At comes nimium anxius et omnino morarum impatiens „Sed protinus“ ait „si placet, eamus“. Ad quem abbas „Perge“¹¹¹ inquit „ut^s libet^s, et quere; dignabitur forsitan deus fructum tibi tue devotionis rependere“. Tum comes cum suis aliquot^t (p. 264) ecclesiam^u ipsam ingrediens eandemque undique curiose perscrutando circumiens maturabat¹¹² id, propter quod venerat, agere, sed ignorabat, in quem potissimum locum deberet manus inicere. Verum cum ipsius

o) et – iterum (siehe unten Var. q) am unteren Rand von p. 264 hinzugefügt.
p) folgt durchgestrichen anxius valde et omnino (?) morarum impatiens. q) siehe oben Var. o. r) et – aliquot (siehe unten Var. t) am unteren Rand von p. 265 hinzugefügt. s) über der Z. hinzugefügt. t) siehe oben Var. r; folgt das Anschlußwort ecclesiam. u) anschließend an aliquot (siehe oben Var. δ).

106) *Chronik von Montecassino* (wie Anm. 5) IV 115, S. 589: papa respondit mirari se non sufficere, cur ...

107) casso labore sudare wiederholt bei Hieronymus: *Adversus Iovinianum* I 27, MIGNE PL 23, Sp. 259; *Epistula adversus Rufinum* 23, hg. von P. LARDET (CC 79, 1982) S. 96; In Osee III 12 (7,8), hg. von M. ADRIAEN (CC 76, 1969) S. 135.

108) deus – fallitur = Kollekte der Messe am 7. Sonntag nach Pfingsten.

109) Gregor von Tours, *In gloria martyrum* c. 35, hg. von Bruno KRUSCH, MGH SS rer. Merov. 1,2 (1885) S. 510: cum nihil inveniret indicii.

110) Siehe unten Anm. 130.

111) Gregorius Magnus, *Dialogi* (wie Anm. 1) III 30,8, t. II, S. 384: Perge quo libet.

112) Livius 10,15,7: maturavit eam rem agere.